



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

13 Papae scientia in collatione plurium beneficiorum pro dispensatione  
habetur:

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

etate, nemo possit obtinere, ad Sedem Apostolicam recurrere debet prout à sacra congreg. conc. fuit decifum *super eod. c. 17. 15 ut in decis. sub. tit. Tuderin.* & etiam quod duo sint sub eodem tecto, ut de mense Augusti 1590. quod habenti prioratum in Collegiata S. Petronij de Bononia potuerit Ordinarius & Canonatum in eadem ecclesia conferre, quamvis sub eodem tecto existeret, prævia tamen dispensatione ipsius Ordinarij, attenta redditus tenuitate, fuit per eandem sacram congregat. decifum, *ut in decis. mibi ultima, super eodem cap. 17.*

13. Papa & etiam circa submiles, & litteratas personas, quæ majoribus beneficijs sunt honorandæ, solet dispensare, *cap. de multa. in fin. de præb. & passim in Romana curia, ad plura beneficia compatible tamen, dispensatur, conferendo sex, & plura beneficia uni, & cum à Summo Pontifice conferantur, scientia Pontificis pro dispensatione habetur Felyn. in c. cum vigesimumum. §. vers. contrarium puto, & numer. 6. de offic. & pot. jud. deleg.*

14. Conferri debent beneficia personis legitimæ ætatis, parochiales, & dignitates curam animarum habentes ijs, qui suæ ætatis annum attigerint, *cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. cap. licet canon. cap. nemo, eod. tit. in 6. & Concil. Tridentin. c. 12. de reform. sess. 24. dignitates autem, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, non minoribus 22. annis completis, non tantum inchoatis, ut hoc casu declaravit congregatio sac. conc. super eodem c. 12. in ver. viginti duobus annis, & simplicia beneficia clericis ætatis 14. annorum sunt conferenda, cap. 6. de reform. sess. 23. & c. 12. de reform. sess. 24. & sufficit ultimum*

annum attigisse. *d. cap. cum in cunctis, quæ ætas ab omnibus est attendenda, antiquis canonibus non obstantibus, & nec potest Ordinarius super dicta ætate in aliquo dispensare; quia à solo Papa in ætate dispensari potest l. 1. & 2. C. de his, qui ven. atq. impet.* Et, cum solus Papa sit supra concilium, & ejus auctoritate fuerint statuta concilij roborata, *capit. concilia, 17. dist. decernens, irritum, & inane, si quid secus à quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, & potestate fulgeret, contingeret judicari, ut in Bulla confirmationis cum decreto, quod in contrarium gesta annullat ipso jure, cap. si eo tempore, de elect. in 6. cum alijs supra deductis, soli Papæ & dispensatio supra decreta eiusdem concilij est reservata, cum solus supra concilium statuere, & dispensare possit, cap. significasti, de elect. gloss. in cap. ubi periculum, §. in verb. concilium, eod. tit. in 6. gloss. in cap. sicut sancti, in verb. præsumi. in fin. 15. dist. Abb. in cap. non magnopere, nu. 5. ne cler. vel mon. & Felyn. in c. 1. nu. 24. de constitut.*

17. Episcopi, & uti Ordinarij collatores, quantum ad ordinariam jurisdictionem spectat, beneficia ad eorum collationem spectantia per obitum vacantia conferre possunt, simplicia ijs, qui moribus, scientia, & ætate habiles existant; canonicatus, & dignitates in cathedralibus, si ordinem sacrum annexum dignitates, præbendæ, aut alia beneficia habeant, tunc personis, quæ eo ordine sint initiatæ, aut in tali ætate constitutæ, ut infra tempus à jure, & ab eodem sacro concilio statuto valeant initiari, *ut c. 12. de reform. sess. 24.*

18. Tempus autem à jure, & à synodo Tridentina statutum ad promovendum est unius anni spatium, *elem. ut hi qui de ætat. & qua.*